



De Surianis qui Ierosolimis et locis illis manentes etiam se
asserunt esse xpianos.

Pterum sunt etiā Ierosolimis quidā alij Suriani appel-
lati a ciuitate Sur quondā peminenti vt aliqui dicūt. Vel
Syriani a provincia Syrie a qua et syri nominātur. Hī
in terra orientali sub diuersis regibus et principibus sarrace-
nis atq; barbaris iugo seruitutis opprimūtur ab olim. semp tributarij
et serui. homines inbelles et prozsus inepti ad prelia. vipote timidi et
formidolosi. vnde nec arcibus vtūtur aut sagittis vt ceteri. sed ad agri
cūlturam et alios inferiores labores sunt aptiores. Sunt etiā ex ma-
gna parte heretici. homines dolosi. duplices animo atq; mendaces. ami-
ci fortune. et ad munera accipienda promptissimi. Furtum et rapinam
quasi pro nichilo habēt. Secreta xpianorum vbi possunt ad infideles
proditorie deferūt et sarracenos. inter quos nutriti et cōmixti didice-
runt opera eorum mala. Vxorēs suas more sarracenoꝝ diligentissime
inclusas custodiūt. et tam ipas q̃ filias suas in publicū non sinūt exi-
re. nisi linteaminibus inuolutas. velatasq; panno nigro super facies
suas. ne ab alijs videantur. Q; eorū filie adeo custodiūt accurate. vt
non nisi desponsate a maritis. prima nocte copule transacta. possint vi-
deri. quēadmodū et sarraceni circa filias suas itidem seruant. exemplo
patriarche Iacob qui ad rachelem se existimās ingressum expletis nū-
ptijs. mane reperit lyam. Hī Suriani. grecorū institutiones ritus et

mores in omnibus et per omnia imitantur. nullo articulo eorum excluso. **H**abent etiam communiter unum de suis in templo domini sepulchrum inclusum. atque pro suo usu ecclesiam quandam possident in eo loco fabricatam ubi quondam erat domus matris sancti **J**ohannis evangeliste. ante cuius ostium stetit **P**etrus pulsans cum eductus esset de carcere herodis. ut habetur **A**ctu. xij. **I**psi in temporalibus negociis lingua utitur **A**rabica siue **S**arracenica. **I**n spiritualibus vero siue divinis officiis. lingua **g**reca. **Q**uidam vero ex ipsis etiam **ch**aldaicam sciunt linguam. et ea dum loquuntur utuntur. **C**uius littera vera est hic infra subinserta.

heth	zay	waff	he	dolath	gomal	Beth	aleph
ⲁ	ⲓ	ⲟ	ⲡ	ⲓ	ⲕ	ⲛ	Ⲡ
hree	zenat	Nun	Nym	lamech	Eapls	Joch	theth
ⲗ	ⲙ	Ⲏ	Ⲙ	ⲙ	Ⲛ	Ⲟ	Ⲝ
ⲟ	ⲟ	ⲓ	ⲉ	ⲁ	ⲥ	ⲥ	ⲥ
ⲡ	ⲛ	ⲕ	ⲛ	ⲛ	ⲛ	ⲛ	ⲛ